

Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois, Nr. 5

Certum esse volumus atque omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus notum fore decrevimus, quod Walterius, Hamelini filius, ecclesiam de Navoil primo nobis monachis Sancti Martini Maioris Monasterii venditam, solidam et sine ulla calumnia quietam, nunc iterum facit, immo compellit nos eam redimere VIIItem libras, sed eo tenore et ea fide, ut convenientiam istam otriare et testari faciat suos fratres, Thomam videlicet et Fulcradum cum uxore sua Hersendam nomine, et ecclesiam illam solidam, quietam et per totum Sancto Martino propriam clamet, ipse et fratres sui atque uxor sua pro remedio anime patris et matris sue atque animarum suarum. Ita ut inde nobis in illa ecclesia nullam inquietudinem vel aliquam iniuriam ipse vel aliquis suorum per suum consensum aut voluntatem faciat; et si quis alius est vel exsurrexerit, qui illam vel aliud aliquid circa se, sibi pertinens, calumniare aut violentiam aliquam inferre temptaverit, ipse nobis per veram fidem in hoc adiuvet et succurdat, et scriptum hoc in presentia Fulconis comitis firmet et cum fratribus suis, manu propria corroboret.